

autem præambula dotis debet evidenter constare per instrumentum, * aut scripturam trino teste munitam, aut alias concludentes probationes, Mart. Medic. ad decis. Senen. dict. examinat. 51, numero 92. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 26, n. 32. & pluribus exornat, Andr. Censal. dicta decis. 50, n. 24, ad 31. Rota decis. 24, n. 6, part. 7, recent. & in d. Romana dotis 11 Februarii 1656, n. 11, Bevilacqua, & 10 Decembris 1657, n. 20. Melio, & in Ferrarien. domus 17 Maii 1651, n. 20, & 21, Melio.

Circa quæ suboritur quæstio an confessio dotis receptæ * emanata post illius promissionem, & post commissum à marito delictum fisco officiat, & obesse firmant, Surd. decis. 116, n. 3, & per totam, Spad. conf. 38, n. 1, & per totum, lib. 146, part. 1. Marefcott. var. resol. 8, n. 18, lib. 1, cum aliis quos refert Hodiern. ad Surd. dicta decis. 116, sub n. 1, vers. Contrarium & seq.

Contrarium tamen * tuentur, Verall. decis. 146, part. 1. Marefcott. var. resol. 8, n. 18, lib. 1, cum aliis quos refert Hodiern. ad Surd. dicta decis. 116, sub n. 1, vers. Contrarium & seq.

Receptæ dotis confessionem constante matrimonio emissam, conjecturis fulcitam, etiam si non processerit dotis * promissio veram dotis numerationem probare omnes admittunt, ut videre est hic nu. 25, & 26. Joan. Franc. Andr. contr. 186, n. 5. Duran. decis. 406, n. 11, & seq. Joann. Bapt. Antonell. dicto conf. 46, num. 6. Camerat. d. resp. 45, n. 8. Andr. Censal. decis. 50, n. 5, & 6. Rota coram Card. Othob. decis. 167, nu. 8, & in d. Anconitana dotis 17 Junii 1647, §. quam opinionem, & 31, Januarii 1648, §. non enim vers. Et confessio ex pluribus Arguelles; & in Anconitana dotis 30 Maii 1650. Verospio. Et prædicta procedunt non tam in confessione dotis, * quam augmenti administrata, quantumvis confessio majori labore suspicione, quando agitur de augmento dotis, quam de ipsa dote, Buratt. decis. 873, n. 8, & seq. & comprobatur Auctor hic n. 15. Adhuc enim verisimilitudine inspecta junctis * præsumptionibus confessio etiam augmenti illius numerationem probat, Rota decis. 59, num. 6, part. 5, recent. & coram Buratt. decis. 274, num. 13, & in annot. gloss. B. & coram Card. Othob. decisione 167, numero 12, & decisione 16, numero 3, part. 8, recent. & in Anconitana dotis 31, Januarii 1648, §. nec quinta Arguelles.

Constituto de reali solutione dotis in aliqua parte pro confessata exinde * oritur vehemens conjectura numerationis, Ludovif. dicta decisione 62, n. 7. Acoft. de privil. credit. regul. 2, ampliat. 6, sub n. 27, vers. veluti si, Duran. dicta decisione 409, n. 21. Cavalier. decis. 451, n. 2, alios cumulat, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, qu. 58, n. 128, & post tract. decis. 141, n. 12, Surd. conf. 489, sub n. 21, vers. Quod si confessio, & sub n. 22, vers. Quæ sententia: ubi quod procedat etiam si pars soluta non ascendat ad dimidiam, Cigal. de act. paragr. 21, nu. 97. Andr. Censal. decis. 50, n. 32, & 33, ubi limitat stantibus conjecturis in contrarium, Marefcott. variar. resolut. 8, n. 14, & seq. lib. 1. Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quæst. 17, n. 17, ubi etiam si de tempore confessionis res alienum urgeret, quod repetit Hodiern. ad Surd. decis. 55, nu. 21, & 22. Camerat. d. resp. 45, n. 14. Joa. Bapt. Antonell. dict. conf. 46, n. 10. Rota coram Card. Othob. decis. 43, n. 1, & decis. 167, n. 14, & decis. 24, sub n. 8, vers. 3, part. 7, recent. ubi ex solutione reali scutorum 150. arguit Rota solutione effectivam scutorum decem millium ex confessione de recepto resultantem & in Anconitana dotis 17 Junii 1647. paragr. secunda conjectura, & 31 Januarii 1648. mi-

nus secunda Arguelles. Ubi quod Rota sequitur hanc opinionem, in quibus summa justificatur in minori quantitate dimidia, & tangit auctor hic n. 2, ubi ex errore impressoris allegatur Gratian. disceptatione 263. cum de materia agat disceptatione 362. Rota in dicta Romana dotis 10 Decembris 1657, n. 10. Melio; Alias præsumptiones * in 21. idem conferentes, ut dotis confessio numerationem probet videri poterunt inter cæteros apud Joan. Bapt. Antonell. conf. 46, per totum, Hodiern. ad Surd. dicta decisione 55. Camerat. dicto responso 45, Joan. Franc. Andr. d. contr. 186. Hodiern. in l. hac edict. quæstio. 24, Card. Othob. dicta decis. 167, & in dicta Anconitana dotis Arguelles.

Hactenus de confessione dotis receptæ emissa per actum * inter vivos, ac si maritus fateatur dotem recepisse in testamento sustinetur solummodo in vim legati, adeo ut creditoribus ejusdem mariti non præjudicet ad notata hic n. 34. Jo. Franc. Andr. controvers. 136, n. 4. Hodiern. ad Surd. dicta decis. 55, n. 13, & ad l. hac edict. quæst. 24, n. 47, & 48. Camerat. dicto responso 45, n. 2. Joan. Bapt. Antonell. conf. 37, n. 4. Acoft. de privil. credit. regul. 2, ampliat. 6, n. 32, vers. Notabilis. Si tamen constaret de antecedenti promissione dotis confessio emanata * in testamento eundem effectum gigneret, ac emissa inter vivos, ut concludit Auctor hic eodem n. 34. & in terminis resolutum fuit pluries in Rota ex Cavalier. decis. 451. Hodiern. ad l. hac edict. quæst. 24, nu. 48. Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quæst. 17, n. 13.

Demum inquiri Auctor hic n. 39, num hypotheca dotis restituendæ * in bonis mariti retrotrahatur ad diem promissionis, ita ut uxor præferatur creditoribus qui intra tempus promissæ, & solutæ dotis de speciali hypotheca sibi caveant, & concludit mulieri prælationem competere, Franc. decisione 677, numero 6. & per totam, Rota decisione 728, n. 8, & per totam part. 1. divers. Trentacinquus consil. 53, n. 11, & per totum lib. 1, ubi ampliat etiam in dote confessata, & tacita hypotheca, Hodiern. ad Surd. decis. 55, numero 2. Arias de Mes. lib. 2, resol. 30, n. 16, & seq. ubi quod non tam pro sorte quam pro interesse dotis retrotrahatur hypoth. & extendit etiam ad tacitam, Joann. Bapt. Antonell. conf. 55, n. 1, Auton. de Amat. resolut. 5, n. 2, & seq. & n. 10, cum seq. ubi tamen si promissio dotis præcessit matrimonio perfectionem, quod tunc retrotractio fiat ad diem matrimonii, & non promissionis, & n. 19, concludens prædicta locum habere etiam in dote confessata, si præcesserit promissio dotis, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 21, n. 5, ubi in fine quod tacita hypotheca dotis ad diem promissionis retrotrahatur, Fontanell. dec. 365, n. 4, & per totam: ubi contra Amatam quod hypotheca dotis ad diem promissionis, non autem matrimonii retrotrahatur, ita ut mulier pro sua dote præferatur creditoribus conflatis ante matrimonium, sed post promissionem dotis, Alto grad. consilio 33, n. 46, & per totum lib. 1. Acoft. de privileg. credit. regula 2, ampliat. 6, n. 26, & seq. ubi etiam de dote confessata quando præcessit promissio, Sanfelice. decis. 99, n. 3, 9, & n. 20, ubi extendit etiam quoad hypothecam tacitam, Joan. Franc. Andr. contr. 355, num. 6, & seq. ubi quod hypotheca dotis retrotrahatur non solum ad tempus matrimonii, sed etiam ad tempus promissæ dotis, & numero 20, & seq. ubi extendit etiam ad tacitam hypothecam, quæ & ipsa retrotrahatur ad diem promissionis, Merlin. d.

de pignor. & hypoth. lib. 4, quæst. 22, n. 3, usque ad 7. & per totam, ubi nu. 7, limitat in acquisitione juris per translationem dominii, & n. 23, ubi extendit retrotractionem quoad tacitam hypothecam, Rot. in Romana Salviani de casalibus 13 Junii 1644, §. quia ultra Peutingero. Ubi animadvertunt præcitati Doctores id provenire non ex privilegio dotis, sed quia maritus respectu uxoris necessarius dicitur debitor, quia non potest facere, quin exigat, ut soluto matrimonio restituat.

Marito autem ad inopiam vergente, seu ære alieno plurimum gravato cessaret * quæstio retrotractionis, ex quo creditores exceptionem fraudis adversus creditum uxoris confessatū adhuc opponere possent, Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quæst. 17, n. 14, in moderna impressione. Hodiern. ad Surd. decis. 55, nu. 18. Surd. decis. 116, n. 10, & seq. Acoft. de privileg. credit. regul. ampliat. 6, n. 29, in fine, & seq. & nu. 31, & seq. in dubio refidet, unde cogitandum erit. Ad materiam vide Rotam in Ravennaten. Salviani 17 Decembris 1646, n. 6, & seq. Melio.

CAPUT XXXVI. §. 7.

SUMMARIUM.

- 1 Dos ut dicatur congrua, quæ requirantur. In vidua major requiritur, quàm in virgine n. 4. In spuria vel naturali minor requiritur, quam in legitima n. 5. A Pater assignata præsumitur congrua n. 6. Declarata ut numero 10. Ut congrua dicatur de jure æqualis debet esse legitime n. 7. Ut dicatur congrua quando ex statuto succedit loco legitime debet esse æqualis legitime num. 8. Secus quando statutum filias simpliciter excludit num. 9. Ut dicatur congrua attenditur tempus donationis num. 11.
- 2 Filii agunt ad legitimam si Pater universam substantiam filie in dotem tradiderit mortuo tamen patre, secus quoad creditores, & fideicommissarios, qui agunt etiam patre adhuc vivente num. 3.

Dotis in constitutione ut congrua dicatur qualitas personarum, * vires patrimonii dotantis, ac regionis consuetudo inter cætera inspicere debent ad latissimè tradita per Auctorem hic à numero 1, ad 15, Fusar. de substitut. quæstione 531, n. 163. Spad. consil. 173, numero 46, & consilio 174, numero 15, lib. 3. Ciarlin. controvers. 7, n. 37, 44, & 45. Hodiern. contr. 9, nu. 29. Georg. Mund. consil. 10, n. 379, lib. 2. Rota apud Salgad. in Labyrinth. credit. decis. 24, n. 28, & 29. Antonia. de Marin. resolut. 93, nu. 1, & seq. lib. 1, ubi quod auctis facultatibus nil aliud prætere valeat, & quod si pater pro dote filie legaverit mille, si postea cum octo centum eam nupsit ex supposito, quod competenter dotata remanserit, non possit agere ad residuum legati quicquid stante incongruentia dotis esset dicendum, Merlin. Pignatell. controvers. 3, numero 8, libro primo, Trent. consil. 35, num. 15, & seq. Camerat. resp. decis. 43, numero 38, ubi quod dos dicatur congrua, quæ non habet dilationem ad solvendum, Alto grad. conf. 5, num. 18, & seq. lib. 1, ubi quod pro congruitate dotis statuenda ratio haberi debeat æris alieni, feudali, & fi-

deicommissi, quodque dos minus legitima quoad filiam à statuto exclusam congrua reputetur, & conf. 17, n. 21, & 22, lib. 2. Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 1, quæst. 13, n. 9, in moderna impressione. Caren. resolut. 148, n. 2. Cyriac. controvers. 509, n. 11, & controvers. 527, ex n. 3. Redenasc. conf. 29, n. 115, Mart. Medic. decis. Senen. 57, n. 23, 24, & 25, & examinat. 51, n. 17. Staiban. jun. resolut. 73, n. 16. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 9, Censal. decis. Lucen. 50, nu. 21, & 22, & decis. 84, num. 12. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 98, nu. 36. Fenzon. ad statut. urb. cap. 141, à num. 38, ad 42. Duran. decis. 26, n. 15, & decis. 42, n. 9. Merlin. decis. 249, n. 17, & 18; ubi quod dos solita dari puellis ejusdem familie dicatur congrua, & nu. 15, cum seq. & latius decis. 293, à n. 1, ad 8, & decis. 671, nu. 26, & 27, ubi idem in dote Monialium, Buratt. decis. 108, nu. 8, & ibi Ferentill. gloss. E. Royas decis. 193, à n. 1, ad 8, & prius decis. 117, n. 19, & seq. Rota decis. 164, num. 11, part. 5, & decis. 49, n. 3, part. 6, & decis. 245, n. 25, & seq. & n. 31, & seq. part. 8, & decis. 150, ex n. 1, repetita apud Rot. dict. decis. 193, tom. 1, & decis. 45, n. 1, seq. & 20, part. 9, to. 2, recent. & latissime in Romana dotis 29 Januar. 1652, n. 2. Verospio, & in Romana Salviani seu domorum 11 Maii 1657, §. excessivitas, & per totam Melio.

Hinc si pater universam substantiam filie in dotem tradiderit * nil penitus masculis ejus filiis relicto, patre mortuo agunt ad legitimam, dissolutione matrimonii non expectata, Gratian. discept. 472, n. 20. Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, q. 20, n. 11. Rub. ad Rotam decis. 29, ex numero 97, ad 116, p. 8, recent. Franc. decis. 104, n. 2, & seq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5, gloss. 8, part. 6, n. 18. Arias de Mes. variar. resolut. liber. 3, cap. 6, nu. 16, ubi etiam examinant quid statuendum quoad creditores debitoris, qui inofficinas dotes filiabus constituunt, Cyriac. contr. 510, n. 3, & seq. ubi tamen admonet si dos adhuc non esset soluta, & maritus ad eam ageret, quod filii retinere possent, Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, qu. 20, n. 18, in fine.

Resque quoad creditores, & fideicommissarios aliter se habet, quippe * qui vivo adhuc dotante, multoque magis eo vita functo de dotis incongruitate opponere possunt, atque assignata in dotem, avocare pro ipsorum satisfactione, ac respectivè impedire ne fideicommissum attingatur, Franc. decis. 104, Rub. ad Rot. decis. 29, ex n. 97, p. 8, recent. Arias de Mes. var. resolut. lib. 3, cap. 6, n. 17. Rota in d. Anconitana Salviani, seu domorum 11 Maii 1657, §. excessivitas, versic. & sic non potuit Melio. Ex quibus in utroque articulo malè contrarium contendit Sanchez conf. moral. lib. 4, cap. 3, dub. 39, n. 2, tom. 1.

Congruentiam dotis ex qualitate personarum metimur veluti * quod major dos in vidua requiratur, quam in virgine, Bald. conf. 102, sub n. 1, post medium vers. & major dos lib. 4. Mantice de tacit. & ambig. lib. 12, tit. 21, sub n. 21, vers. prætereà condito mulieris. Hodiern. controvers. 9, n. 26, & ad leg. hac edict. quæst. 26, n. 38, & 39. Rota coram Cardinali Othob. decis. 167, numero 10, & 11. sicuti minor dos * spurie, vel naturali, quam legitime assignatur, Mantice de tacit. & ambig. lib. 12, tit. 21, num. 23, cum adductis per Ciarlin. dicta controvers. 7, 38, & 39, ubi insuper quod minor dos debeatur ignobili, vel infimo, quam nobili.

Dotem

Dotem à patre assignatam filiabus præsumi congruam * renunciant, Spad. *conf.* 87, n. 4. lib. 2, & *conf.* 174, n. 16, libro 3. Donad. *ad renunciat. cap.* 10, sub n. 36, *vers. cum illa dos.* Ciarlin. *controvers.* 97, n. 1, Treutler. *conf.* 36, n. 18, & *seq.* ubi quod filia non possit conqueri, & debeat esse contenta, Joan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. libro* 2, cap. 98, n. 37, Burat. *decis.* 94, nu. 2. Georg. Mund. *dicto consilio* 10, n. 400, usque ad 406. ubi quod filia non possit reclamare etiam læsa ultra dimidiam lib. 2. Andr. Censal. *decis.* Lucen. 66, num. 10. ubi quod alio non edocto dos à patre assignata præsumatur congrua, Mart. Ventur. *dicto consilio* 12, nu. 25. Caren. *resolut.* 148, n. primo. Barz. *decis.* 29, ex n. 20, ubi quod filia dote per patrem sibi assignata omnino contenta esse debeat, Caroc. *decis.* 16, n. 1, in fine, ubi quod patri nequeat opponi de incompetencia dotis, quod repetit Fontanell. *de pact. nupt. clausul.* 5, gloss. 8, part. 1, n. 24, & *seq.* potissimum n. 30, tomo 2. Giovagn. *conf.* 99, n. 44, lib. 1, Merlin. Pignatell. *controvers.* 3, n. 4, libro primo, ubi quod filia donationi paternæ omnino acquiescere quemadmodum ita pluries iudicatum refert, Rota *decisione* 262, n. 8, part. 9, tomo primo, *recent.* ubi quod à patre constituta præsumatur congrua dum aliud non probatur, & in *dicta Romana dotis* 29 Januarii 1652, n. 1, Verospio, & post alios latissime prosequitur Auctor hic n. 15, & *seq.* ubi concludit prædictam opinionem sibi non placere, nisi in dubio, at quando ex circumstantiis in hac materia considerandis verè liquet de incongruitate dotis, quod tunc filia liceat reclamare adversus constitutionem dotis per patrem incongruè initam.

Tandem à *dicto* n. 15, usque ad finem, §. inquirat Auctor, ut congrua dos dicatur legitima, & æqualis esse * debeat; in quo quidem articulo tres casus distinguerem, quorum primus est quando in dotis constitutione jus commune duntaxat inspicit debet, & tunc dos ut dicatur congrua legitima necessariò correspondere debet, aut major legitima congruenter constituatur, ut prosequitur Auctor hic à nu. 27. Ripol. *var. resolut. capite* 9, n. 68, Gratian. *discept.* 945, n. 2, & 13, ubi quod dos minor legitima constitui possit, si ita consuetudine inductum fuerit, quod repetit Hodiern. *ad l. hac edictali quest.* 26, n. 20, Treutler. *conf.* 37, n. 216, Cyriac. *controvers.* 71, num. 43, Fenzon. *ad statut. Urb. cap.* 141, n. 4, Buratt. *decis.* 844, n. 11. Rota post Merlin. *de legitim. decis.* 74. Secundus casus est quando extat statutum filias excludens * propter masculos, prævia tamen earum dotatione, & dos succedit loco legitima, & tunc dos minor legitima esse nequit, ut concludit Merlin. *de legitimatone libro tertio, titulo primo, quest.* 13, n. 8, in fine; Tertius demum casus est, quando extat statutum penitus * excludens foeminas, extantibus masculis, & mandanseas competenter dotari & adhuc constitui debet ad proportionem legitima, alias foemina congruenter dotatæ non dicerentur, ut post alios animadvertunt Cyriac. *controvers.* 391, n. 3, & *controv.* 507, n. 9, Merlin. 886, n. 13. Rota apud Merlin. *de legitim. dict. decis.* 74, num. 4, & 5. Nec exinde sequitur quicquam contrarium superius dictis, quod nimirum filia qualitercunque dotata * à patre dotationi acquiescere, nam conclusio à nobis firmata procedit post contractas per filiam cum dote sibi assignata honestas nuptias, nulla enim subest ratio cur constanter matrimonio de dotis incongruitate conqueri

valeat, Spad. *d. conf.* 174, n. 19, lib. 3. Treutler. *d. conf.* 37, n. 80, & 81. Cyriac. *controvers.* 510, n. 6, Fufar. *conf.* 171, n. 1, & per totum, Carol. Bos. *de matrim. cap.* 11. Georg. Mund. *d. conf.* 10, ex n. 379, præcipue n. 388. in fine, lib. 2. Merlin. *de legitim. lib.* 3, tit. 1, *quest.* 12, n. 36, & exinde sequitur quod dote jam per patrem filia constituta usque adeò congrua præsumatur, ut in dubium ulterius revocari nequeat, & faciunt tradita per Rotam in *d. Anconitana Salviani, seu domorum* 11 Maii 1657, §. nihilque refert. Melio.

Cæterum ubi circa dotis congruitatem disputare contingit * quoddam tempus mortis, scilicet dotationibus inspicit debeat à nu. 18, ad sequentes, examinat Auctor afferendo diversos casus, Spad. *conf.* 331, n. 4, lib. 2. Ciarlin. *controvers.* 97, n. 4, & *seqq.* Treutler. *dicto consilio* 37, nu. 224. Rota *decis.* 150, n. 12, part. 9, tom. 1, *recent.* repetita apud Royas *decis.* 193, n. 7, & in *d. Anconitana Salviani, seu domorum* 24, Aprilis 1654, §. nam subsidium. Peutingero. Et 11 Maii 1657, §. At frustratorum *vers.* quod quando dos. Melio. Ubi concludunt quod attendatur tempus dotationis, Fufar. *conf.* 117, num. 5, latissime Donad. *de renunciat. cap.* 8, num. 7, & *seq.*

CAPUT XXXVI. §. 8.

SUMMARIUM.

- 1 Dos constituitur ingrediendi Religionem ex bonis fideicommissis ascendentium subjectis. Revertitur ad substitutos si moriatur ante professionem numero 3. Fallit ut nu. 4. Contrarium qui teneant nu. 5. Et quid resolutum fuerit per Sacram Congregationem.
- 2 Patrimonium Clerico constituitur ex fideicommissis, quod vivente Clerico durat num. 6.
- 7 Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, & è contra valet; Limita ut numero 8. & num. 9.
- 10 Matrimonium spirituale plus favorabile est, quàm carnale.
- 11 Pater tenetur dotare filiam Monasterium ingrediendam.
- 12 Legatum relictum puellæ pro nuptiis eidem debetur si Monasterium ingrediatur; Relictum pauperibus, aut consanguineis mulieribus pro dote debetur etiam ingrediendibus Monasterium n. 13. Sed contra num. 14.
- 15 Regressus non datur renuncianti jura sua.
- 16 Renunciatio fideicommissi non valet nisi data scientia ejusdem.
- 17 Insinuatio in renunciatione requiritur. Declara ut numero 18.
- 19 Pactum reversivum rei renunciatae ad renunciantem non habet effectum, quando ultimus renunciarius expressè disposuit.

DOTEM ex bonis fideicommissis obnoxii ingrediendi * Religionem constitui posse post alios cum fundamentis statuit Auctor hic ex nu. primo. Monet. *de commut. ultim. voluntat. capite nono, numero* 211, *questione* tertia, *conclusionem* 16. col. 1020, Mar. Cutell. *de donat. tomo* primo, *discursu* 2, part. 12, nu. 61, & *seq.* Donad. *de renunciat. cap.* 27, n. 126. Pelizzar. *de monialibus capite* 3, numero 48. Cancr. *variar. resolution. lib.* 3, capite 11, nu. 213, *vers.* Et pater, Carol. Bos. *de matrim.*

matrim. capite 11, numero 273, *vers.* sicut pro dote. Censal. *ad Peregr. de fideicommiss. artic.* 42, fol. 285, *versic.* Sexta sit conclusio. Ubi post Cutell. idem procedere vult pro constitutione patrimonii ad effectum promovendi filium ad Sacros Ordines; quia ubi pater bona libera non habet, potest constituere filio patrimonium ex fideicommissis, * ita tamen quod post obitum Sacerdotis bona eadem sub vinculo fideicommissi redeant, Ramon. *conf.* 1, in fine, Censal. *de fideicommiss. ad Peregr. dicto art.* 42, *versic.* hæc conclusio.

Idem quoque affirmandum videtur, si Monialis ante emillam * professionem moriatur, quia tunc dos ad substitutos revertitur, Menoch. *consilio* 396, numero 9. Honded. *consilio* 94, numero 8, libro 1, & *consilio* 73, numero 18, lib. 2. Cost. *de retrotract. cas.* 3, capite 9, n. 14. Fontanell. *de pact. nupt. clausula* 5, glossa 1, partitio 1, n. 66. tomo secundo. Sanchez in *præcept. Decalog.* tomo secundo, libro 7, capite 3, nu. 97. Cutell. *de donat. part.* 1, *discurs.* 2, part. 12, nu. 73. Censal. *ad Peregr. de fideicommiss. artic.* 42, *vers.* hanc declarationem fol. 285. Quod tamen limitationem recipit, * nisi novitia existens in articulo mortis in vim privilegiorum professionem emitat, nam tunc bona, seu dos sic professæ exclusis ab intestato venientibus ad Monasterium spectat, Sanchez in *præcept. Decalog.* libro 5, capite 4, sub nu. 16. *versic.* At existimo, Rovit. *decis.* 40. Pelizzar. *de profess. cap.* 2, *quest.* 3, & in tractat. *de Monialibus capite* 9, n. 18. Tamburin. *de jur. Abbatiss. disputat.* 4, *quest.* 6, n. 10, & *seq.* Faust. in thesaur. *Religion.* libro 5, *quest.* 157, n. 4. Dian. *particula* 3, tractat. 2, *resolut.* 17, fol. 316, & part. 5, tract. 3, *resolut.* 139, fol. 96. Bordon. *variar. resolut.* 54, n. 49, & *seq.* Ventrigl. in *prax. annot.* 46, §. unico n. 18. Nec quod contrarium alii contentant, * & velint dotes etiam Monasteriis solutas esse restituendas venientibus ab intestato, Sperell. post alios *decis.* 16, numero 24, Barbos. *de univers. jur. Eccles.* lib. 1, capite 42, n. 178, quicquam officit, siquidem priorem sententiam ultra mox allegatos plures alii sequuntur cumulari per Ciarlin. *controvers.* 193, ex numero 22. Botillier. *de success. ab intest.* capite 2, *Theoremata.* 72, n. 5. Verum cum aliter à Sacra Congregatione resolutum * extiterit, quod nimirum bona Monasterio ex hujusmodi professione in articulo mortis secuta non acquirantur, sed ad hæredes ab intestato devolvantur, Lezzana in *summ. quest. regul. capite* 25, n. 39, Barbos. *de offic. & potest. Episcop.* alleg. 101, n. 34, in fine, & *de univers. jur. Eccles.* libro 1, capite 42, n. 138, ubi quod ita censuit Sacra Concilii Congregatio Montis Regalis 13 Novembris 1627, Carol. Caruf. in *sylv. termin. arb.* 12, n. 13, & arb. 13, n. 10. Cutell. *de donat. tract.* 1, *discurs.* 2, part. 3, sub n. 99, *vers.* Hoc si facta, Antoninus de Marin. *variar. resolut.* 138, nu. 8, & *seq. lib.* 2. Ubi per distinctionem controversiam conciliat ideò cogitandum erit.

Inter rationes, & fundamenta ad corroborandam conclusionem, juxta quam etiam pro dote spirituali ingrediendi Monasterium regressus datur ad fideicommissum deficientibus liberis adducit Auctor hic nu. 2, quia argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, * & è contra de jure procedit, Spad. *consilio* 74, numero 1, in fine, libro 3. Giovagn. *consil.* 51, n. 30, lib. 1, ad rem, *Viv. decis.* 255, n. 39. Sess. *decis.* 45, n. 24. Jacobus Gall. *conf.* 43, n. 3. Cyriac. *controv.* 504, n. 48, & *seq.* Sperell. *decis.* 79, n. 19. Fufar. *de substit. quest.* 429, n. 22, & *conf.* 141, n. 4. Rota *decis.*

107, n. 5, part. 2, *divers. & decis.* 115, n. 2, in fine, part. 2, *recent.* Antonin. de Marin. *resolutione* 138, numero 3, lib. 2. Genuen. in *prax. tricen.* 5, *questione* 158, nu. 2. tricen. 9, *quest.* 261, n. 2, & tricen. 26, nu. 2, *quest.* 778. Larr. *decis.* 63, nu. 4. Camarat. *respons. decis.* 3, n. 15, Marant. *responsione* 38, n. 34, lib. 2. & isti tres ex professo concludunt argumentum à matrimonio carnali ad spirituale * regulariter procedere, sed specialiter limitant quando agitur de nullitate matrimonii, quippe quoniam quando de nullitate matrimonii carnalis controvertitur, etiam tertius pro suo interesse auditur, secus verò ubi iudicium versatur circa nullitatem matrimonii spiritualis, quia tunc tertius nullatenus admititur.

Sicuti argumentum à matrimonio carnali ad spirituale * non concludit quoad quantitatem dotis, Giovagn. *conf.* 56, nu. 42, lib. 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12, tit. 21, n. 30, & *sequent.* Thesaur. *quest. forens.* 60, numero 15, & per totam, libro 1, Rota *decis.* 249, n. 7, & *decis.* 480, nu. 9, in fine, part. 2, *recent.* Ludovif. *decisione* 63, nu. 2, & 3, cum adductis per Auctorem, §. *sequenti ex nu.* 21, Sess. *dicta decis.* 45, n. 51, ubi quod non procedat argumentum à carnali matrimonio ad spirituale, ubi agitur de odio tertii. In reliquis verò matrimonium spirituale favorabilius * reputatur, quàm carnale, quemadmodum subdit Auctor hic n. 3, Menoch. *de præsumpt.* 189, numero 91, lib. 4. Sanchez *de matrim. libro* 4, *disputat.* 26, sub nu. 7, *vers.* & ratio est. Ciarlin. *controvers.* 193, num. 20, & 21.

Hinc pater filiam Monasterium ingredientem non minus * dotare obstringitur, quam quæ matrimonio temporali copulatur, Menoch. *d. præsumpt.* 189, n. 91, lib. 4. Gutierrez *de matrim. capite* 80, n. 10, Cancr. *variar. resolut. capite* 11, n. 211, part. 3, Pelizzar. in tractat. *de Monialibus cap.* 3, *sect.* 2, numero 50, *versic.* Ergo à fortiori, Ciarlin. *dicta controvers.* 193, numero 20. Carolus Bos. *de matrim. cap.* 11, num. 173, & optime prosequitur Auctor hic à numero 5, ad 8, ubi & ab inde usque ad n. 16. quærit an & quando legatum pro nuptiis carnalibus puellæ * relictum eidem Monasterium ingrediendi debeatur, qua de re diximus plura ad cap. 7, ubi concluditur deberi, quemadmodum præter ibi adductos, & alios à se congestos latius comprobatur, Carolus Bos. *de matrim. cap.* 11, à num. 622, usque ad 633, ubi aliter firmat quando legatum esset relictum puellæ, ut nuberet determinatæ personæ, ex quo videtur Testatorem intellexisse de nuptiis duntaxat carnalibus.

Tandem Auctor hic nu. 16, descendit in eam opinionem quod legatum dotis pauperibus, * aut consanguineis mulieribus relictum debeatur quoque Monasterium ingredientibus, Genuen. in *prax. tricen.* 13, *questione* 387, sub numero 3, *versic.* mihi vero videtur. Contraria tamen opinio * magis communiter recipitur, quam sequuntur Mantic. *de conjecl. ultim. volunt. lib.* 8, tit. 5, sub numero 22, *vers.* item executores dati, & lib. 12, tit. 13, n. 5, Menoch. *d. præsumpt.* 189, n. 95, *prope finem, lib.* 4. Sanchez rejecta contraria opinione de *matrim. lib.* 1, *disputat.* 33, n. 32. Simon. de *Præx. de interpretat. ultim. volunt. lib.* 5, dub. 2, n. 77, fol. 489, Cavaler. *decis.* 401, n. 6, & *decis.* 417, n. 2, & 4, ubi idem magis procedere in legato Italice concepto, à quelle si maritaranno, Thomat. *de executor. ultim. voluntat. tit.* 12, nu. 1209, & 1210, ubi se confundit, & corruptè Rotam adducit